quo pia sui memorum immemor nequaquam existat.

Magnificat anima mea Dominum &c.

Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison.

Pater noster &c. Et ne nos inducas &c. Domine exaudi orationem meam &c.

Oratio.

Famulorum tuorum, quaesumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filij Domini Nostri intercessione Salvemur, per eundem Dominum Nostrum JEsum Christum &c.

℣ Ora pro nobis Beatissime Joseph.

℟ ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio

Sanctissimae Genitricis tuae sponsi, quaesumus Domine meritis adiuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione Donetur.

℣ Angelus Domini nunciavit Mariae.

℟ Et concepit de Spiritu Sancto

Oratio.

DEus, qui verbum tuum de Spiritu S: Concipiendum B: V: Mariae per archangelum tuum Gabrielem nuntiasti, Concede, ut eius adiutorio in vita, et morte, eius Con=sortio in aeterna Beatitudine perfrui mereamur. Per eundem Dominum Nostrum &c.

℣ Domine exaudi orationem meam &c.

Benedicamus Domino &c. Divinum auxilium &c.

Fidelium animae &c. Nos cum prole pia &c. amen.

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII60/0659
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg